Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35998
Copyright: Melk, Benediktinerstift



99

gritis me desiderantes habere in principio uiui. et sicut
dixi iudeis quia non poterant me sequi. ita nunc dico
uobis. quo ego uado uos non potestis uenire. quia adhuc
imperfecti estis. verum illa imperfectio tollet a uobis
per gratiam spiritus sancti. Et uobis dico modo. licet prius non possi=
tis me sequi. tamen postea potis recepta spiritu sancti gra=
tia mandatum nouum do uobis ut diligatis inuicem.
sicut dilexi uos. gratuite dilectione uos preuenendo.
efficaciter aliquam meam per uos ponendo. et recte. hanc
dilectionem ad unitatem beatitudinem ordinando. In hoc cognos=
cent omnes qui mei estis discipuli. si dilectionem habu=
eritis ad inuicem. sola enim uera caritas distinguit
inter filios regni et perditionis. Dicit eum simon
petrus domine quo uadis. modis enim omnibus uolo te
sequi. Respondit ihesus. Quo ego uado non potes me
modo sequi. quia adhuc imperfectus es ut gustemus uase=
as per me tollere mortem. segris aut postea qui
eandem gaudent per me sustinebis. Dicit ei petrus propter fragili
Quare non possum te sequi modo. animam meam pro te meo exposito
pono. Non dicit mendacium. quia hoc cogitabat sic
se velle facere. angelis dimittere xpm. Respondit ihesus
predicens ei suum defectum. Anima tua pro me ponis.
Non erit sic. Ante amen dico tibi. non cantabit gallus
donec ter me negeris. Et ipsi apostoli ceperunt querere
inter se quis ex eis eum traditurus esset. xpus enim hoc eis
non reuelauit manifeste sed tamen iohanni secrete. Facta
est autem et contencio inter eos quis eorum uideretur esse maior
et potior ad possidendum alios loco xpi. Iudicabant
enim xpm predicentem traditorem sui ad mortem. quod
et firmiter crediderunt esse futurum. et ideo ceperunt
querere inter se quis inter eos esset quemadmodum maior ad=